



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod omnia sunt in quolibet trium & per ipsum & in ipso. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Amb. tom.
2. Cap. 10.
post mediū.

Hec retulit
dīscīpt. 29.

Tom. 6. ca.
2 & in princ.

Aug. 1. 6. ex.
10. in fin. l.
6.

Vnde Ambros. in 2. libr. de spiritu sancto: Hæc tria, ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia, vnum esse supra diximus. Cum dicit per ipsum esse oia, non negauit in ipso esse omnia. Eandē vim habet oia hæc, scil. cum ipso, & in ipso, & per ipsum. & vnum in his atq; consimile, non contrarium intelligitur. Ecce habes quia ex eadē intelligentia scriptura dicit esse omnia in ipso, & per ipsum, & ex ipso, & cū ipso. Cum ergo ex eadē ratione omnia dicantur esse ex Deo, vel per ipsum, non solum q̄ scit, sed etiam quia a eorum auctor est, cōsequitur ut eadem ratione ea esse in Deo dicātur, scil. quia scit, & eorum auctor esse dicitur: quia in illo vivimus, & mouemur, & sumus: quia eo auctore sum⁹, mouemur & viuimus. Cum ergo nō sit auctor nisi honorū, merito sola bona in eo esse dicuntur, sicut ex ipso & per ipsum. Cum ergo in eius cognitione vel præsentia sint oia scil. bona & mala, in eo tamen nō dicuntur esse, nisi bona, quorum auctor est. Vnde Aug. in lib. de natura boni, Cum audiūs, inquit, ex Deo, & per ipsum, & in ipso esse oia, omnes vtiq; naturas intelligere debemus, & omnia quæ naturaliter sunt. Neque n. ex ipso sunt peccata, quæ naturam non seruant, sed vitiant: quæ ex voluntate peccantium nascuntur omnia. Hic aperte dicitur quod in illa generalitate locutionis bona tantum continentur.

Quod omnia ex patre, & per patrem, & in patre sunt: ita & de filio, & de spiritu sancto est dicendum, licet propter personas fiat distinctione.

Præterea sciendum est, q̄ licet ibi indicetur distinctione personarum cum dicitur, ex ipso, & per ipsum, & in ipso: omnia tamen ex patre, & per patrem, & in patre sunt. Similiter de filio, & de spiritu sancto accipiēdum est. Vnde Aug. in 1. li. de Trinit. Non confuse, inquit, accipiēdum est quod ait Apo-

Apostolus, ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Ex ipso dicens, propter patrem: per ipsum, propter filium: in ipso, propter spiritum S. Vigilanter autem attende, ne quia patrem volens intelligi dixit ex ipso, sic intelligas omnia esse a patre, ut neges oia esse ex filio, vel ex spiritu sancto, cum ex patre, & per patrem, & in patre omnia esse sane dici possunt: similiter de filio, & de spiritu sancto dicendum est.

Quod non omnia que ex Deo sunt, etiam de ipso

sunt: sed econuerso.

F

ILLUD etiam hic annexandum est, quod non oia quae dicuntur esse ex Deo, etiam de ipso esse dici *Ca. 27 to. 6^a* debeant. Quia, ut ait Aug. in lib. de natura boni. *August.* Non hoc significat penitus ex ipso, quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici esse ex ipso: sed non omne quod ex ipso est, potest dici esse de ipso, quia non est de sua substantia. Et ex ipso non sunt cœlum & terra, quia ipse fecit ea: non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si generat filium, & faciat domum, & ex ipso est filius, ex ipso est & domus: sed filius de ipso, domus vero de terra & ligno, non de ipso.

Quæ dicta sunt summarum colligit.

G

Ex premissis apertum est, quod in Dei cognitione siue presentia sunt, scilicet bona & mala: sed non omni modo sunt ibi mala, quo bona: & quod in Deo, bona tantum sunt, sicut ex ipso, & per ipsum, non mala. Et ex eo quo sensu haec accipienda sint, assignatum est. Et quod de ipso non dicitur esse proprium, quod aliud est ab ipso. Ex ipso autem esse dicuntur omnia, quae eo auctore sunt.

QVIBVS MODIS DICATVR DEVS
esse in rebus.

DISTINCT. XXXVII.

A

ET quoniam demonstratum est ex parte, quomodo omnia dicuntur esse in Deo, addendum vide-

O 4 tur